



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De dispari cultu. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

quam abiens regionē aliam ducat vxorem, deinde pœnitētia ductus eam dimittere velit, afferens se aliam habuisse, quæ viuit: nec ecclesia permittat, quæ quod ille afferit, ignorat: queritur an hæc secunda copula sit coniugū? Sane dici potest, non esse coniugium, & mulierē de criminē excusari per ignorantiam, virum autē adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire volens nec valens, cogitur ecclesiæ disciplina hæc tenere, incipit excusari per obedientiā & timorem, de hoc quod poscenti mulieri debitū reddit, à qua ipse nunquam poscere debet: & sic de aliis huiusmodi sentiendum est.

DE DISPARI CULTU.

DISTINCT. XXXIX.

Post hæc de dispari cultu videndum est, hæc est enim una de causis, quibus personæ illegitimæ sunt ad contrahendum matrimonium. Nō enim licet Christiano cum gentili vel Iudea inire coniugium: quia etiam in veteri testamento prohibitum est, fideles viros infideles ducere uxores: Dño dicente: Non accipias uxores de filiabus alienigenarum filii tuis, ne traducant eos post Deos suos. Iuxta hoc Dñi præceptum Iudeorum coniugia cū alienigenis inita Esdras separauit. Hoc idem est in novo testamento seruatur. Vnde Aug. Ne nubat fœmina, nisi suæ religionis viro: vel ne vir tales ducat uxorem. Id enim, ut dicis, iubet Dñs, docet Apostolus, ut runq; præcipit testamētum. Itē Ambr. Cœuse Christiane gentili vel Iudeo filiam tuam trahere: cœuse ne gentilem vel Iudeam vel alienigenā, id est, hæreticam, & omnem alienam à fide tua, uxorem accersas tibi. Item, Si quis Iudea, siue Christiana Iudeo, siue Iudea Christiano carnali consortio misceatur, quicunque tantum nefas adserit, à Christiano cœtu protinus segregetur. Ex his aliisq; pluribus testimoniosis apparet, non posse contrahi coniugium ab his, qui sunt diuersæ religionis & fidei.

*Exod. 24.
Deut. 7.*

Esdr. 10.

*Lib. 1. de
adult. con-*

iug. c. 21. t. 6.

Amb. ca. 9.

lib. 1. de

Abraham.

Exod. 34.

1. Cor. 7.

Ex concilio

Urbanensi.

2. Cor. 7.

De